

mihi sine omni ratione. Si enim potuisset poenitere, non commississet contumaciam in recedendo, cum sequenti die responderet, sibi non placere. Non enim uidetur latitare qui si esset prefens, non cogeretur ad respondendum, ut dicitur in l. non uidetur, de iudi. Duo ergo sunt hic uidentia. Primo, quale pactum seu promissio hic intercesserit, & quare non potuit poenitere. Secundo, de effectu pacti de proroganda iurisdictione non sui iudicis. Quod ad primum communiter hic tenetur, & non est in l. si conuenerit. præal. q. iste text. loquitur in pacto de non declinanda iurisdictione sui iudicis, qui forte aliqua exceptione legitima, puta, recusationis uel privilegii, potuisset recusari. Tunc enim hoc pactum efficeretur irreueocabile, nisi ex superuenienti causa, ut dicitur in gl. & supra dixi. Lex autem contraria loquitur in iurisdictione de nouo danda, ideo est locus poenitentiae re integra. Facilius enim conseruatur iurisdictione iam inesse deducta, quare est favorabilis; quare creatur de nouo quod dicitur quid odiosum, cum fiat recessus a iudice proprio. Item & melius, quando agitur de iurisdictione non declinanda solum, sed agitur de abdicanda quadam facultate recusandi, quæ est in parte, non autem de tribuendo aliquid iudici, merito in tali pacto non requiritur iudicis presentia, sed sufficit presentia partis, arg. c. q. periculosum, 7. q. 1. & C. de pact. l. si quis in conscribendo. Et ex quo semel approbavit iudicem, non potest sine noua causa illi reculare, ut in regula, q. semel, de reg. iur. lib. 6. 32. q. 5. c. horrendus. & optime facit c. inter monasterium, de re iud. sed quando agitur de iurisdictione de nouo danda, quæ non potest tribui nisi iudex consensit, merito antequam iudex adeatur, est locus poenitentiae, ut in præal. l. si conuenerit. & q. de modico præiudicio tractatur, ut statim subiiciat in secundo membro. Et ex istis iustificata remanet hæc communis lectio, quæ est uerissima. Aduertendum tamen est, q. d. Ant. & do. Card. hic senserunt aliam lect. post Io. de Lig. ut loquatur text. iste, et in pacto de iurisdictione proroganda, & ideo non fuit locus poenitentiae re integra, sicut præal. l. si conuenerit. quia hic fuit facta conuentio coram iudice; & sic non fuit explicata cum sola parte, sicut fuit in præal. l. si conuenerit. Nam ex tali conuentione coram iudice facta, uidetur quæri ius iudici, ut quod ad iudicem non possit paciscens alias poenitere, uidetur tamen sentire Ioan. de Lig. q. soluendo interesse, uel poenam, liberetur. Sed d. Ant. aliter dicit inculcanda multa uerba; in effectu uult, q. aut coram iudice est pactum initium de prorogando in futurum, & tunc uidetur q. possit poenitere saltem soluendo interesse; nisi dicatur eum præcisè compelli, quia promissio est iudicialis & facta iudici. Vnde ne fallat fide duobus, & maxime iudici, præcisè ad hoc compelli, arg. ff. de procur. l. filius. f. si. & quod ibi non, in l. sed & hæ. §. defendere. ff. de procurat. Allegari possent non in cle. 1. de procur. & quod non Bar. in l. stipulationes non diuiduntur. ff. de uerb. oblig. ubi uult, q. præcisè potest quis compelli ad factum quando obligatio cernitur iudicia, per non in præal. iuribus. Quandoque pactum sonat submissionem de presenti, ut quia interrogatus coram concilio, an uelit ibi respondere, & dicit q. sic, & promittit ibi respondere; seu principaliter se submittit, & tunc statim prorogatur iurisdictione, tenendo opi. q. per alium actum: citra lit. contestat. possit iurisdictione prorogari. Ad quod facit no. in c. inter monasterium, de re iud. & per Bar. in l. quidam consulebant. ff. de re iud. uer. quæro, quando debet opponi. facit l. est receptum. ff. de iurisdictione. omn. iudi. & 2. q. 7. c. nos si incompetentes. Sed si teneatur opi. q. non prorogetur iurisdictione citiori actu a contest. lit. quod uidetur tenere glo. 2. in præal. l. si conuenerit. facit quod non Bar. ff. de iud. l. 1. & Ioan. And. in add. Spec. de comp. iudi. adi. §. 1. uer. quid erit, tunc non erit per hoc proroga. licet fuerit facta conuentio in presentia iudicis, non tamen poterit poenitere, sed compellitur prorogare, & ibidem litigare uigore pacti facti cum iudice. Et ad hoc adducit istam decr. & sic daretur secundum eum nouus intellectus ad hoc c. Ego primo dico, q. hæc lect. non potest adaptari ad hoc c. quia autem iste Episcopus erat de hac provincia Africana, aut non. Primo casu, non potest aliquo modo procedere; quia aut agebatur ad depositionem, & Concilium erat iudex respectu cognoscendi, sed respectu deponendi solus Papa, ut supra dixi. Et sic non potuisset iste etiam expresse prorogare iurisdictionem Concilii, respectu depositionis fienda: quia hoc est reseruatum Papæ; adeo q.

etiam Legato de latere potestas deponendi, & etiam transferendi uoluntarie, est interdicta, de off. leg. c. q. translationem. de translat. episc. c. 1. & in præal. c. accusatus. & c. quibus. Si uero non agebatur ad depositionem, sed ad aliam poenam arbitriariam, uel determinatam, citra tamen depositionem; & tunc concilium erat iudex, ut supra dixi. 6. q. 3. c. scitote. Quinimodum etiam solus Metropolitanus, ut in c. q. cognouimus. 10. q. 3. & infra, de sentent. excom. c. sacro. No. Ioan. And. de off. ordi. c. ut litigantes, lib. 6. Aut iste Episcopus erat alterius provincie, & tunc istud pactum nihil ualuisse, etiam si expresse uoluisset prorogare; quia non interuenit sui superioris licentia, quæ in prorogatione etiam fienda per episcopum requiritur, ut no. Ioan. And. post Hostiæ. in c. ad reprimendam. de off. ord. & no. in c. significasti. infra tit. proximi. & maxime cum agitur de crimine, ut hic agebatur. Nec hic apparet uerè uel præsumptiue, q. superioris consensus, uel presentia intercessisset; immo potius innuitur oppositum, quia iste fuit introductus ad concilium, ubi non interfuit, nisi proprii iudices illius provincie, & sic quocumque se uertat ueritas, hæc lectura huic textui applicari non potest; tene ergo communem opinionem. Sed an hæc dicta sint uera in se, breuiter puto, q. si præcisè requireretur lit. contestat. ad iurisdictionem prorogandam, ut uoluit glo. in d. l. si conuenerit, uidetur q. quantuncumque pactum intercesserit coram iudice, tamen licet poenitere, saltem soluto interesse. Quare ex quo sua iurisdictione non est prorogata,

ADDITIONES.

- a S E B. / S A P. ¶ Supra dixi. Facit, q. error impedit prorogari iurisdictionem in alienum iudicem. l. si per errorem. ff. de iurisdictione. omn. iud. tamen error in omittendo exceptionem, quæ poterat opponi contra iudicem proprium, non impedit prorogari iurisdictionem, ut per Imo. & Abb. in c. ad petitionem. infra, de acc. per Ro. in sing. incip. Tu habes. l. si per errorem. per Fel. in c. p. & G. in fi. supra, de off. deleg. facit text. in c. cum omnipotens, cum ibi non infra, de acc. ubi pendencia accusationis non impedit accusatum conferuare beneficia, sed impedit de nouo acquiri.
- b ¶ Prorogatur iurisdictione. Pondera, quia text. in §. si uero. in Auth. de exhib. reis, probat hoc; quia ibi reus uocatus ad iudiciu, iur. & iurauit ibi respondere, postea absfuit. dicitur ibi q. debet remitti ad illum iudicem. And. Barba.
- c Z A C H A R. ¶ Per alium actum. Tu dic, q. per quemcunque actum expresse nisi sit exceptio incompetentiæ, inducitur prorogatio, ita no. Bar. in l. si conuenerit. in j. ad fi. ff. de iurisdictione. omn. iud. & in l. j. & ibi Ang. ff. de iudi. Idem Ang. in Auth. de exhib. reis. §. illud. in j. col. collat. 5. & Bal. in l. si quis ex consensu. C. de episcop. audien. Et in quantum dicit d. Barba. in apoft. in uer. requiritur lit. contestat. dicit hoc esse uerum, ad hoc, ut reuocari non possit, ut no. in l. j. de iudic. & in l. 1. C. de iurisdictione. omnium iudicum. no. plenè Salic. & Doct. in l. 1. C. qui pro sua iurisd. quod facit in apoft. 2. post istum.
- d ¶ Prorogari. Pondera, quia hic affuit contumacia qualificata cum illusione iudicis, non est mirum si propter hoc pactum est irreueocabile, argumen. l. Fulcinius. §. si ff. ex quib. caul. in possess. ea. And. Barba.
- e ¶ Adaptari ad hoc cap. Sed an ista lect. sit in se uera, q. si fiat in iudicem prorogatio in iudicio, non possit poenitere, si ille est iudex non suus, uide gl. in l. 1. ff. de iudic. quæ dicit, si fiat in iudicem presentem potest poenitere, si lis non est contestat. sed gl. h. l. 1. ff. si quis in ius uoc. tenet contrarium. uide Ang. in d. l. si conuenerit. And. Barba.
- f ¶ Requiritur lit. contestat. An requiratur lit. contestat. ad iurisdictionem prorogandam, uide do. Pet. consil. 180. ubi loquitur singulariter, q. non requiritur contestatio. Pondera text. d. l. si conuenerit. ubi duo requiruntur, q. conueniant partes adinuicem, & q. iudex adeatur; ergo non sufficit solus consensus. Satis concord. l. 1. ff. de iud. dum dicit, consensuant, & subiiciant; quia illud, subiicere, respicit aliquem alium actum ultra conuentionem. & ita debet intelligi d. l. est receptum. And. Barba.
- A N T. F R A N. Circa istam materiam prorogationis, an ea requiratur lit. contestat. Dicis q. per actum citiorè a lit. contestat. non prorogatur iurisdictione, ut in l. non uidetur. & ibi per Bar. ff. de iudi. & habetur per Archid. 4. q. 4. in c. nullus. & 3. q. 3. in c. offeratur, & habetur per Spec. in tit. de adu. in §. j. & in tit. de reo. in §. 2. in uer. quid si is. & per Cy. in l. fi. C. de spon. & p. Bal. in l. fi. C. quando appel. sit. & uide gl. in l. i. & l. si suscepit. ff. de iudi. & ibi etiam per Bar. & uide etiam gl. in l. j. ff. eo qui dicit, q. ante lit. contestat. etiam iudice presente, partes subiicendo fe iurisdictioni iudicis, non prorogant iurisdictione, ut dixit gl. ibi, adde tamen, q. si quis promittit stare iurisdictioni alicuius, licet ex tali prorogatione, seu promissione, non proroget iurisd. non teneatur ex promissione quæ fecit tanquam fortis fori, ut in l. cōuaxisse. ff. de act. & obli. & no. Archid. in c. j. de foro compet. lib. 6. & tene menti, q. ubi est deputatus certus iudex ad aliquid faciendum, non habet locum prorogatio, ut in l. testamta oia & ibi per Bal. in 2. not. C. de testam. ibi dixit in materia illius l. q. quando est deputatus certus iudex ad aperuam testamenti, non potest ad alius iudex et de partiu consensu, consentiente et ipso iudice. Et adde et, q. in oibus casibus in quibus est facienda prorogatio, semper iudex debet esse capax iurisdictionis, quæ prorogatur in eo, ut in l. fi. C. de exce. & no. Inn. in c. paltralis. de re iud. Et ideo si iudex esset excō. uel impubes, uel furiosus, uel laicus, & causa esset spiritualis, non posset in eum fieri prorogatio, ut in c. si iudex laicus. de sentent. excō. in 6. & no. Bal. in l. quidam consulebant. ff. de re iud. Et de materia prorogationis, uide quæ plene tract. in c. p. & G. de off. deleg. & in l. 2. in §. si iudex. ff. de iudi. & per Bar. in l. inter Cast. ff. de arb. & per gl. in l. si quis ex consensu. C. de episcop. audien. & per Spec. in tit. de comp. iudi. in §. j. in uer. 4. & ibi per Ioan. And. in additio.